

MISAE

TOI

OLL

NIEN-



Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witfel.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio decima

De

C O M M U N I-

C A T I O N E

ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ.

Quam

Annente Θεανδρώπω

SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio examinandam

proponit

M. ANDREAS Herrenschmide
Ulmensis.

*Habebitur 17. Januarij horis pome-
ridianis in auditorio minori.*

SS):(SE

WITTEBERGÆ

Ex Officina Johannis Gormanni,

ANNO CIO IOC XIX.



DE COMMUNICATIONE

ἑνωσεως.

THESIS I.

CHRISTM IESUM, neq; ὁμοιωσῆ Nestoriana, neq; συγχύσῃ Eutychiana Christum esse, superius evictum; quæ sit ratio unionis personalis vera, proximè edoctum: at sine communicatione non esse, ostendendum jam est. Ut enim umbra corpus, sic unita, communicatio insequitur, ut vel natura docere potest eos, qui præ nimia sapientiâ, ex naturâ aliâs mysteria metiri solent.

II. Annon enim partibus essentialibus junctis aliquid sequitur, quod essentielle consequens vocant? At quæ audacia naturis in Christo unitis, insequentem communicationem denegare?

III. Non autem hoc volumus, quasi propria ex essentijs naturalium rerum propullulantia, normam faciamus earum, quæ Christi unionem consequuntur; ex analogia tamen ab illis, ad horum sublimitatem aliquo modo devehimur; ita sicut revera constitutas & unitas partes essentielles in naturalibus aliquid, quod essentielle consequens vocatur, sequitur, ex quo ad rei cognitionem ob imbecillitatem mentis deducimur: ita unitas naturas in Christo aliquid consequi, cujus notitia, posteriora hujus mysterij nos edoceat, dicendum sit.

IV. Communicatio autem unionem sequitur & quidem. 1. ἁποστολῆς. 2. naturarum. 3. idiomatum. De illa hac vice nostram sententiam ponemus, de ista alij dicent, de hac alibi docebimur & peculiariter οὐν θεῶν informabimur.

V. ὡς ἐν τῷ πρῶτῳ quid atūri simus, delineandum est. Ergo 1. vocem communicationis expediemus. 2. Statum controversiæ inter nos & Calvinianos proponemus. 3. ἀπόδειξιν veræ sententiæ annectemus, simul objectiones adversariorum diluemus. 4. περίστωα nonnulla eliciemus. 5. quæstiones quasdam adjiciemus & 6. tandem meditaciunculâ practicâ finiemus.

CAPUT I. VI. Κοινωνία ἀ κοινῶν est: communicatio à communi. Commune generatim illud est, quo multa participant. Non dicitur ab uno, sed à munere, ut commune sit, quod ejusdem maneris. Munus autem juxta philologos modernos & recentiores est ἀ μοῦνibus vel muris, r. in n. mutato. Fuit enim munus, onus muris reficiendis, ubi primum unum in locum convenissent e vicis ad condendum oppidum: inde monumenta. Si remittebatur, donum dicebatur. Hinc munio h. e. mœnia facio, & munis quod officiosum notat; immunis, qui ab onere exemptus; communis, quæ vox concursum in eodem munere innuit. Commune ergo propriè est id, quod ad eorundem murorum refectiorem pertinet.

a Scaliger
l. 1. de caus.
L. L. c. 31.
p. 72.

VII. Cepit postea commune usurpari, pro quovis officio quo plures funguntur: & tandem pro eo uno quod multis competeret. Nulla autem scientia est, quae communis voce non delectetur. Grammatici genus commune habent: Rhetores locis communibus gaudent: Logici, de communi accidente differunt: in Oeconomia res familiaris communis appellatione venit; IUSTI publicum jus sic indigunt.

Scal. l. i. de C. II. c. 93. p. 220.

IIIX. In scripturis notat 1. sensu Levitico a immundum, phrasi hebraea cui opponitur sanctum. 2. generaliter participationem rei, quae multis competit. b Hoc sensu in presenti negotio dicimus *κοινωνία* *ὁν λόγῳ* utriq; naturae communem esse, ita ut utraq; unam & eandem habeat subsistentiam.

a Act. 10. v. 14. 15.

b Actor. 4. v. 32.

IX. Ut autem commune primo specialiter post generaliter usurpatur, sic & communio. Primam enim impositione notat, quod undiq; munitio: secundam vero omnem unius rei participationem, quam alij vocant Communicationem.

Fronto in auct. II. col. 1133. lin. 36.

X. Vulgo communio & communicatio synonyma sunt grammatica; ἀκρίβως tamen differant ut unitio & unio, quarum illa notat actum, quo plura in unum copulantur, haec autem statum unitio- nis actum insequentem significat: Ita etiam communicatio actum, communio statum dicitur ut ita rectius communi-

retur.

Ob
receptum tamen in Ecclesia usum
A 3
vocat,

Et
na-
us,
lia-
um
ie-
al-
en-
er-
lla
e-
fi-
m-
ta
ut
em
ae-
us,
im
de
ur.
io-
m-
it.
em
a-



vocem communicationis retinebimus, ita ut actum
& statum simul denotet.

XI. Sunt autem communicationis modi
varij. In genere communicatio est vel ὀνοματώδης
vel πραγματοώδης. Illa fit 1. per tropum, ut cum
dico, Herodes est vulpes. 2. ob honorem, ut cum Do-
ctoris uxor doctorissa vocatur. 3. per fictionem ut
cum papa caput Ecclesie nominatur. Hæc commu-
nicatio tantum nominis communitatem habet.

XII. Realis (quæ etiam rem insuper largitur)
est vel naturalis, vel supernaturalis. Illa triplex
est. 1. v. datur communicatio inter accidens & ac-
cidens ut cum dico Theologus est philosophus. 2. inter
substantiam & accidens, quando quod accidenti
competit substantiæ tribuitur. Sic aër dicitur fluidus
propter humiditatem. 3. datur communicatio inter
substantiam & substantiam, quæ tamen, vel ratio-
ne, vel realiter differt.

XIII. Quod si discrimen inter subjecta mentale
tantum exoritur. 1. communicatio κατὰ μέγεθος.
2. κατὰ συνέδοχον. 3. κατὰ σύγχυσιν. Quod
si verò sit differentia realitunc subjecta vel sunt se-
parata vel συνδεδασμένα & unita. Inter separa-
ta est communicatio α κατὰ μετέθεσιν β κατὰ
μετέθεσιν γ.

XIV. Si

αλλοπαίωσιν γ.

XIV. Si verò subjecta sint unita, oritur commu-
nicatio κατὰ συνδύασιν, quâ propter unionem id
quod unius est proprium, alteri sine sui vel multi-
plicatione vel transfusione, realiter confertur, ad
communem possessionem, usurpationem & denomi-
nationem, tot enim gradus hæc communicatio fa-
cit.

Vide Dn.
præsid. p. 1.
Sobr. sect. 1
c. 1. q. 2 &
Dn. Schrö-
der. de cō-
muni pp.
t. 28.

XV. Supernaturalis communicatio quadru-
plex est. 1. essentialis, qualis inter personas Trinita-
tis. 2. spiritualis. 3. sacramentalis. 4. personalis de
qua hic ulterius agendum: & quamvis hæc cum Φυ-
σικῆ multa habeat communia, tamen quia singula-
ria insuper multa habet, & similia exempla dari ne-
queant, singularis etiam manet & peculiari nomi-
ne ὑποστατικῆ vocatur, partim ad denotandam
causam communicationis, quæ est unio personalis,
partim modum, quod sit inter ea quæ ad unum ὕψο-
στάσιον uniuntur.

XVI. Ut autem constaret, quid nos & quid Cal-
viniani statuunt, omninò prius de statu controver-
sæ debemus esse certi, præsertim quia adversarij tam
strenuè βαττολογῶσι. Modò enim negant commu-
nicationem ὑποστάσεως, modò affirmant, modò di-
stinctiunculis involuunt. Negant, quia nullum pro-
prium communicari posse perhibent ut ex Beza^a Sa-
deèle, b Keckermanno^c apparet.

CAP. III.
a Colloq.
Momp. p.
234. ed.
V Vitteb. b.
1. de ver.

XVII. Affirmant aut affirmare videntur
Beza^d & Polanus, e dum infinitam subsistentiam

1. de ver.

A 4 commu-



h.n. p.m.
156. & ali-
bi.
c l. 1. syst.
Log. c. 21.
d Coll. Mō-
pel. p. 202.
& p. 1. resp.
ad acta p.
119. Polan.
l. 6. syst.
Theol. c 16.
col. 24. 32.
& col. 24.
25.
a disquis.
de attrib.
p. 2.
b thes. 8. 9.
c p. 169. p. 1.
resp. p. 96.
d c. 12. p.

communicari posse & asserunt & non negant, ubi sa-
ne apertis verbis orthodoxiam profitentur, sed uti-
nam non modo verbis sed etiam corde! Nam quae so-
quid volunt sibi distinctiones quibus utuntur, dum
communicationem sumi vel pro unione contendunt,
aut pro subsequentibus unionem, quarum illam con-
cedunt, hanc verò negant, ut liquet ex Saxij a disquis.
Bezae thesi b & responsione c in Coll. Mompelg. Da-
nai exam. Chemnit. d Polani syst. Theol. e ubi ad ar-
gumentum Samosatenicum, quo negatur substan-
tiam infinitam communicari, respondet, commu-
nicationis vocem sumi vel pro commutae fieri naturae
finitae (sed quis futurum non videt unionem hic in-
telligi) aut pro transfusione reali. Quo sane po-
steriori nobis per calumniam confusionem, sepius
sime adeo à nobis rejectam & confutatam, affin-
git.

287.
e l. 6. c. 16. XVIII. Manifestum autem est, Calvinianis con-
tingere quod Irenaeus de quibusdam dicit, ὁμοια
λαλῶν, ἀνόμοια δὲ τῶ ἐγὼ γόν; imò instar fori-
cis tandem se & versutiam suam produnt. Quæstio
enim est de verâ participatione, illi respon-
dent de unione, alium pro cepis, nova ratione ve-
ritatis lucem subterfugendi.

XIX. Ut ergo nobis apertiores fiant: Negamus
& distinctionem eorum. Quod si intolerabile
illis.

illis hoc videtur, probent rogamus. 2. dicimus esse
 ἀκυεργλόγια in illâ. Nam unio conjunctio est,
 communicatio autem datio & elargitio. 3. urge-
 mus Canonem patrum: Qualis unio, talis com-
 municatio, quem tautologicum nova subtilitas ad-
 versariorum facit. 4. obijcimus confessionem Polani,
 quando scribit unionem consistere in communicatio-
 ne subsistentia verbi cum carne, nisi ἀδολεσχῆν i-
 ipsum dicere velint. h.e. asserere unionem consistere in
 unione, videbunt vel ex hoc suo affectâ, distinctionem
 unionis à communicatione. 5. Instantias, quas adse-
 runt ac populariter loquentium, ἀπίβεια non at-
 tendentium non admittimus, quippe jam disputa-
 mus, non differimus. 6. perpendendum ipsis relinqui-
 mus quod jam dudum explicaverimus communicati-
 onem non per unionem, non per transfusionem sed
 realem participationem. Hic ergo Rhodus, hic sal-
 tent.

XX. Si planius rem velint proponi, hoc queritur:
 An λόγος ὑπόστασιν suam, quæ ipsi soli pro-
 pria est, etiam communem fecerit carni as-
 sumptæ, ita ut per eam caro subsistat. Nos affir-
 mativam tenemus, adversarij ludunt ut ostendimus
 voculis & nobis nudam sustentationem obtrudunt,
 quemadmodum Martinus & Beza faciunt.

Martin. l. 2
 de pers.
 Christi p.
 572. Beza
 coll. Mōp.

XXI. Ne autem nudâ asserione videamur the-
 sin urgere, ex argumentis, quæ adduci possent

p. 202.
 CAP. III.

bene multis, nostram sententiam firmissimis roborabimus.

XXII. 1. Ergo desumptum est ab unitate ὑποστάσεως Christi. Nam legitur passim quod unus sit Christus. Iam illa unitas naturæ non est, quippe dualitatem b ejus supra probavimus; Erit ergo ὑποστάσεως, quæ humanæ naturæ propriæ non est, nisi dicere velimus, λόγον infinitum infinitâ subsistentiâ subsistere. Neg, tamen est ex utriusq, concursu conflata, quia sic foret composita, quod contra naturam subsistentiæ, quæ simplex est. E. erit Solius λόγος ὑπόστασις. Hinc inferimus: Ubicunq, est res una pluribus vere ac realiter competens, ibi sine dubio est vera ac realis communicatio. De quibus enim dici potest, quod unum sit utriusq, illa realiter de uno illo participant. Iam subsume de ὑποστάσει λόγος & res evidens erit.

XXXIII. 2. Urgemus subsistentiam carnis ipsam. Caro enim Christi, aut est ἀνυπόστατος, aut ἐνυπόστατος: non illud, quia sic non esset. Ulterius: Aut est ἀνυπόστατος aut ἐτεροπόστατος: non illud, sic enim Christus assumpsisset personam, quod Nestorianum. E. hoc, at illa subsistentia non nisi λόγος est, quia caro à λόγῳ assumpta. At quomodo subsistit? Non transfusione; sic enim λόγος ipse non subsisteret amplius: Non novæ subsistentiæ creatione, sic enim λύσις & dualitas.

litas personae sequeretur. E. κοινωνία. Hinc inferitur: Quod subsistit in aliena ὑπόστασει, illi ὑπόστασι illa vere est communicata. Actus enim Secundus semper praesupponit primum, subsistere autem actus secundus, participationem subsistentiae actum primum praesupponit. Iam de ὑπόστασει Christi h. n. subsume.

XXIV. 3. Paret hoc ex definitione communicationis. Vera enim κοινωνία nil est aliud quam unius inter plura distributio & de eodem participatio: hinc: Ubi duo participant de uno, ibi facta est vera huius unius communicatio. Sed in Christo duae naturae participant de una λόγῳ ὑπόστασει.

E. Majorem illustramus à confessione adversariorum.

Martini l. 2. de persona Christi & a Zanchij b.

XXV. 4. Ab absurdo concludimus. Nisi

enim concedatur vera & realis participatio unius

ὑπόστασεως, Nestorianismus evitari & unio ple-

ne describi, non potest. Si enim dicas carnem susten-

tari à λόγῳ, etiam illud creaturis fit. Si dicas es-

se tractam ad verbi subsistentiam, aut intelligis de

nudo concursu sine κοινωνία, at neg. hunc Nestori-

um negat: aut explicas per subsistere in λόγῳ.

Quero autem factane ὑπόστασεως communicatio?

Si dicis, dicimus, si negas Nestorianismus se-

quetur. Quocirca notabile est sustentationem

illam carnis externam actionem esse to-

tius Trinitatis, cum unio λόγῳ cum carne

sic

a par. r.

tract. l. c. m.

p. 572.

b l. 2. de in-

car. c. 3. q.

12.

Act. 17. 28.

Ioh. i. v. 14. sit opus internum, quia solus λόγος est incarnatus.

XXVI. 5. Probamus θέσιν nostram à denominatione, qua humanitas Christi dicitur ὑπόστασις, quo termino utuntur patres graeci, quo innuitur carnem à λόγῳ personari: hinc: Quicquid personatur, illi persona verè communicatur.

I. 2. c. 7. c. 9. c. 11. & 23. XXVII. 6. Citamus testimonia Damasceni, qui dicit ipsum verbum factum est carni ὑπόστασις. 7. Confirmamur ex eo, quod firmæ rationes adversarios deficiant. Κοινωνία quidem negant præfratres, sed ratiunculis infractis, quarum quasdam perstringemus.

XXIIX. 1. E. urgent definitionem personæ, in qua dicitur, quod persona sit incommunicabilis. Iam quia subsistentia λόγος est persona, utiq; incommunicabilis erit. Verum illa propositio. Omnis persona est incommunicabilis, adeoq; Major adversariorum limitari debet tripliciter. 1. Omnis persona est incommunicabilis, alteri personæ, non autem naturæ. 2. incommunicabilis est κατὰ μέθεξιν non autem κατ' ἐνώσειν. 3. est incommunicabilis concretè quâ est ὑφιστάμενον non verò abstractè, quâ subsistentia. Iam autem probent nos dicere personam communicari personæ, κατὰ μέθεξιν & in concreto.

-XXIX. 3. Inferunt. Si ὑπόστασις λόγος est communicata, etiam Deitas erit communicata, quia hæc realiter non differunt. Verum nos negamus consequentiam, quæ falsa nititur ὑπόθεσι, quasi Deitas & persona etiam abstractè essent eadem. Neg. 2. sequitur carni Deitas est communicata. E. caro DEUS est, sed hoc sequitur E. deificata est, quia ut aliquid sit Deus non sufficit communicatio, sed requiritur essentiæ independentia. cōfer Col. 2. v. 9.

XXX. 4. In eo causæ suæ præsidium ponunt, quod putant communicationem nihil esse aliud quam unionem & carnis sustentationem: Nam, dicunt, sunt tantum duæ in Christo naturæ, & præter has distinctum quid non datur, cum persona & natura λόγος realiter non differant. Hinc licet λόγος & communicaverit carni suam ὑπόστασιν, nihil tamen aliud notatur quàm illa arcta coalitio utriusque naturæ & personalis sustentatio. Iccirco ut ipse λόγος est communicatus carni, ita etiam λόγος ὑπόστασις ob realem identitatem. Iam vero λόγος & carni communicatus est per unionem, quidni ergo ὑπόστασις? Ut ita appareat communicationem nihil esse aliud quàm unionem.

XXXI. Verum in hoc discursu multifariam peccatur 1. unio & κοινωνία confunditur, quæ tamen

men distinguenda omnino sunt. 2. superiora nostra argumenta evincunt, carnem Christi in propriissimo sensu factam esse participem divinae substantiae. Licet enim accurate imbecillitas nostra unionem & κοινωνίαν hanc discernere nequeat, rei tamen veritati nihil praedjudicare debet.

XXXII. Duo hic difficilia sunt. 1. Si negatur vera ὑπόστασις communicatio, non poterit contra Nestorium defendi personalis unio. 2. si affirmatur, discrimen ostendere vix possumus ibi veritas quam defendamus; hic sublimitas & imbecillitas quam agnoscamus.

XXXIII. Ludunt 3. adversarij voce personae, quae sumitur vel pro substantia concretè, vel pro substantia abstractè: illo modo persona & natura non differunt, hoc autem quodammodo. Verum quale & quantum discrimen illud sit, lubenter fatemur non omnino liquere, & scrupulus hic Trinitatis mysterium ipsum concernit, quod mirari non rimari possumus.

XXXIV. Praesupposita hoc quali quali discrimine, negamus unionem & communicationem esse eadem, quia illa conjunctionem tantum haec elargitionem insuper notat. Inde verò simul patet, ultimi argumenti majorem negandam esse, qua dicitur, uti se communicavit λόγος (nota phraseos insolentiam) ita & ὑπόστασις. Nam falsa ὑπόστασις hic latet, quasi λόγος & ὑπόστασις ejus, essent

essent unum & idem, cum tamen ad minimum differant ut res & modus rei.

XXXV. *Comprobata ergo communicatione subsistentiæ sequitur.* CAP. IV.

I. Quod caro Christi infinitam, ipsiq; λόγῳ propriam ὑπόστασιν verè habeat & reipsa possideat.

II. Quod caro Christi subsistentiam λόγῳ usurpet, si vocem hanc generaliori sensu sumas.

III. Quod caro Christi à communicatâ ὑπόστασει verè denominetur.

IV. Quod caro Christi per hanc κοινωνίαν illocalem subsistendi modum adeptæ sit.

V. Quod de carne Christi multa prædicentur personaliter ob communicatam ὑπόστασιν

VI. Quod finitum cerro respectu sit capax infiniti.

VII. Quod aliquod proprium verè & realiter communicetur.

VIII. Quod omnia λόγῳ propria, verè ac participativè sint communicata assumptæ carni.

XXXVI. *Exceptiones Calvinianorum differimus ad collationem & duo dubia circa hoc negotium expediemus. I. n. quæri potest, An, si tota persona λόγῳ carni est communicata, caro rectè dici possit pars personæ Christi? II. an κοινωνία subsistentiæ rectiùs dicatur formale an effectum unionis personalis?* CAP. V.

XXXVII.

XXXVII. Quod prius attinet expedita est respon-
sio, si distinguatur vocabulum personae, quod sumitur
vel abstracte pro subsistentia, vel concrete pro subsi-
stente. Illo modo tota ἁπόσις recte dicitur com-
municata, quia est impartibilis, at humanitas ejus
pars dici nequit, quia eam non actuat, sed ab eâ a-
ctuatur. Hoc verò modo dicitur pars, verum
analogica.


Bellar. l. 3.
de Christo
p. 8. Becan.
t. 2. opus. 5.
p. 259.
Gregor. de
Valen. l. 2.
cont. Ubiqu.
c. 1.

XXXIX. Posteriori in quaestione volunt Esauitæ,
κοινωνία ἁπόσιως referrì debere ad unionis
formam: nostratum autem pleriq; habent pro effe-
ctu. Nos putamus, distinguì debere inter communi-
cationem & inter communionem: illa est δόσις sub-
sistentia & pertinet ad formam unionis; hæc est
possessio ἁπόσιως & sequitur actum communi-
cationis, unde & formam & effectum dici posse uni-
onis liquet pro diverso tamen respectu.

CAP. VI. XXXIX. Docet autem hæc doctrina nos 1. natu-
ram fidei, in qua articuli coherent ut annuli in
catenâ. 2. infinitam DEI sapientiam. 3. ὀ-
λαυθεωπία. 4. nostrum esse adhærere DEO,
ut caro subsistit in λόγῳ subsistentiâ, ut semper
dicamus cum Asapho: Mihi adhærere
DEO bonum est.

☩:☩

Psal. 73. v.
o.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



TOLOGIAS SACRÆ
sputatio decima

De

M M U N I -
A T I O N E

ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ.

Quam

inveniente Θεανδρώπῳ

SUB PRÆSIDIO

SARIS MEISNERI

Theol. D. & P. P.

Collegio examinandam

proponit

DREAS Herrenschmide

Ulmensis.

17. Januarij horis pome-

ianis in auditorio minori.

35):(5&

WITTEBERGÆ

na Johannis Gormanni,

O CIO IOC XIX.

